



# BOLETÍN DEL CLERO

DEL

# OBISPADO DE LEON

Nuestro Excelentísimo Prelado ha regresado de la Santa Pastoral Visita con toda felicidad y habiéndose hecho cargo de los asuntos de la Diócesis, cesa en el gobierno de la misma el Canónigo D. Domingo Argüeso.

## OBISPADO DE LEON

Tomando en consideración las varias peticiones que en cumplimiento de lo ordenado por la constitución CCXXXVIII de las Sinodales del Obispado se Nos han hecho y teniendo en cuenta la R. O. concordada de 26 de Junio de 1867, otorgamos nuestra Licencia para que durante la recolección de frutos, y á este solo fin, pueda trabajarse en todos los domingos y dias de fiesta que no sean de primera clase, dejando en todos subsistente la obligación de oír la Santa misa; y mandamos á los Señores Párrocos, Ecónomos, Vicarios y demás encargados de la Cura de almas en nuestra Diócesis, lo hagan saber así á sus respectivos feligreses.

León, 23 de Junio de 1896.

† FRANCISCO, OBISPO DE LEÓN.

EPISTOLA AD EPISCOPOS HVNGARIAE (1)

(CONCLUSIÓN)

»Eius autem virtutis, sanctitatis, fortitudinis vestigia extant  
 »istis in locis ad laudem Hungarici nominis sempiternam.  
 »Neque eius pulcherrima exempla virtutum reliqui in regno  
 »successores non sunt perpetuis temporibus imitati. Quamobrem  
 »nemini mirum videri debet, si romani Pontificis Hungaricam  
 »nationem eiusdemque principes et reges, ob maxima et egregia  
 »illorum erga catholicam fidem et romanam Sedem merita, am-  
 »plissimis semper laudibus ac privilegiis condecoraverint. Quale  
 »est illud in primis sane honorificum, quod ante reges, quando  
 »prodeunt in publicum, tamquam splendidissimum Apostolatus  
 »insigne, Crux praefertur, idque ut ostendatur Hungaricam  
 »nationem atque eius reges gloriari unice in Cruce D. N. Iesu  
 »Christi; atque in eo signo pro catholica fide et dimicare semper  
 »et vincere consuevisse» (2).

Iamvero, quamquam tam Praeclaris hominum ac rerum recordationibus solemnia commendari vestra magnisque laetitiae significationibus exornari perpulcrum est res tamen ipsa suadet ut aliquid spectetur amplius, quod fluxum non sit idemque communi bono solida afferat incrementa. Caput est, ut se respiciat Hungaria: et conscientia nobilitatis religiosissimorum patrum impulsa, nec ignara temporum, ad proposita digna nitatur. Vos nimirum, cuiuscumque ordinis estis appellat cohortatio Apostoli: *Stare in fide, viriliter agite et confortamini* (3): eique concinat sane oportet una mens omnium et vox: *Teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem* (4); *Non infereramus crimen gloriae nostrae* (5).—Saeculi cursum universe contuentibus dolendum certo, Venerabiles Fratres, hominos passim esse, eosque in sinu Ecclesiae nutritos, qui religionem catholicam neque opinione neque actione vitae proinde colant ac digna est, paremve propemodum faciant cuilibet religionis formae, atque etiam suspectam invisamque habeant. Vix autem attinet dicere quale illud sit, praestantissimam hanc pa-

(1) Véase la pág. 193.

(2) Epist. *Quum multa alia die* XIX aug. an. MDCCLVIII.

(3) I. Cor. XVI, 13.

(4) Hebr. X, 23.

(5) I. Machab. IX, 10.

trum hereditatem degeneri sensu repudiare, et quam ingrati sit improvidique animi beneficia eius, tum diu parta agnoscere nolle, tum in posterum expectanda negligere. Siquidem in sapientia institutisque catholicis virtus et efficientia inest, prout initio monuimus, mira prorsus et multiplex ad humanae societatis bonum; neque ea cum aetatibus exarescit, sed eadem semper et vivida, novis item temporibus, modo ne opprimatur, constanter est profutura — Quod propius attingit populum vestrum, iam ei Nos de religione, per superiores litteras adsimilesque curas, satis consuluisse existimamus, aequè periculis denunciatis ab illa prohibendis, aequè adiumentis propositis quae ad eius libertatem dignitatemque aptius conducere. Et quoniam a re religiosa res civilis dissociari nequit, huic etiam curationem opemque afferre, quod plane cohaeret cum Apostolico officio vehementer studuimus. Nam quae Nobis vissum est convenienter temporibus vestris id eundem suadere et praescribere, ea non ex quam partem, ut probe meministi, publicae quoque saluti ac prosperitati vertevant. Quod si, hoc ipso in genere, coniuncta bonorum studia impensius quotidie consiliis monitisque Nostris sint responsura, quidni eam spem amplectamur quae ex hac saeculari memoria laetior efflorescit et quasi praelucet ad communium votorum exitum maturandum? Nemini sane civi optimo non id in vovis fuerit, ut sublatis dissentendi causis, suus Ecclesiae ne abnuatur honos, ex quo pariter civitati luculentius niteat suus, in foedere ductuque vitae religionis. Inde fiet ut auctoritas potestatum, mutua ordinum officia, institutio adolescentiae, talia plura recte se tueantur in veritate, in iustitia, in caritate: his enim maxime fundamentis praesidiisque civitates nituntur ac vigent. — Quae complexio bonorum ut apud vos habeatur qualis clariore patrum memoria fuit, id certe valiturum non minime est, si pietatis affectio erga romanam Ecclesiam, novis veluti auspiciis, ab eorum exemplo incitamenta capiat. Opportune quidem in publicis gaudiis illud etiam indictum novimus, ut honorificentissimum Stephani diadema insueta pompa per urbem principem, ad *Sedem Comitiorum* dedicandam, certa die deferatur; nihil quippe cum gloria nationis regumque vestrorum tam est connexam, nihil cum recta civilis rei temperatione tam congruit, quam sacrum illud regiae potestatis insigne.

At vero spe libet praesumere duplex praestabile emolumentum ex illa re facile oriturum. Alterum, ut in ordinibus atque in multitudine eo magis sacramentum firmetur obsequii fideique in augustam Domum Habsburgensem, quae idem diadema, ultro sibi a maioribus vestris delatum, ad felicitatem regni perpetuo gessit; alterum, quod est huius propositi, ut copulata recordatio intimae patrum cum Cathedra Petri necessitudinis, quae per ipsum pontificale donarium rata sanctaque extitit iisdem vinculis stabilitatem addat et robur.

Sciat autem gens Hungarorum illustris, omnino se posse ac debere auctoritati et gratiae confidere Sedis Apostolicae: quae nec immemor erit unquam rerum ab ipsa pro catholico nomine praeclare gestarum, et pristinum erga ipsam animum providentiae indulgentiaeque maternae retinet, retinebit — Quantum est in Nobis, si quidquam adhuc vestra causa curavimus et effecimus ea Deus perbenigne ad successum foveat, Nobisque consilio et ope sua sic adsit, ut liceat eo vel amplius rationibus vestris gratificari. Per hanc praesertim faustitatem respiciat Ille praesentissimo numine Regem vestrum Apostolicum, ordines, clerum, populum universum; faciatque affluentes eorum copia bonorum, quae ipse nationibus regnisque promisit custodientibus iustitiam et pacem. Vos aequae respiciat omnes magna Domina vestra MARIA. unaque Stephanus et Adalbertus, iidem regni apostoli et patroni caelestes; quorum salutari tutela, ab avis et maioribus tantopere explorata, cumulatione in dies fructu laetamini. — Singulare votum summa caritate adiicimus. Fiat nimirum ut cives omnes, quos unus ejusdem patriae commovet amor eademque publicae gratulationis causa fraterno more coniungit, eos una eademque fides in felici complexu Ecclesiae matris aliquando devinciat.

Vos autem, Venerabiles Fratres, omni vigilantia diligentiaque pergite, ut facitis, de populo vestro et de civitate mereri optime: auspiciemque divinorum munerum et peculiaris benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem habete, quam singulis vobis cunctaeque Hungariae laetanti amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 1 Maii anno MDCCCXCVI, Pontificatus Nostri decimo nono. LEO PP. XIII.

COLLATIONES MORALES PRO MENSE JULII.

---

1.<sup>a</sup>

Quis subjectum poenitentiae sit. — Quos actus exercere debet ut sit proxime capax sacramentalem absolutionem ejusque effectum recipiendi. — Quid contritio et quotuplex — An contritio perfecta requiratur ad sacramentum suscipiendum, vel imperfecta sufficiat. — Quodnam utriusque motivum. — Quaeenam contritionis dotes.

*Casus.*

Melania, pia femina, post auditum Missionariam de conditionibus ad verum dolorem requisitis disserentem, nimis anxia ad eum accedit dicens: ¡heu mihi, Pater, miserere mei! Frequenter confessa sum, nunquam vero sufficientem dolorem de peccatis habere potui; nam multo magis doleo de filii morte quam de tantis peccatis quibus divinam Majestatem offendi: non sum parata ad omnia mala sufferenda potius quam non peccandum, denique magis abhorreo a monstruo e. g. a demone in forma humana, quam a peccato. Tunc Missionarius: bono esto animo, generalem confessionem institue, et quantum in me est, curabo ut verum dolorem nunc elicias ¡Quid de Missionarii agendi ratione?

*Quaestio liturgica.*

¡Quomodo differunt altare fixum et portatile et quibus de causis execrantur?

2.<sup>a</sup>

Quid sit propositum. — An et quomodo differat a contritione. — An et quomodo sit necessarium. — An requiratur explicitum vel sufficiat implicitum. — Quas condiciones habere debet — Quando dicitur efficax. — Quae propositi efficaciae et firmitati opponuntur. — An qui aliquod peccatum ex particulari motivo detestatur immemor alius peccati, quod in confessione omittit, et in dolore non includit et consequenter dolorem non habet universalem, valide suscipiat sacramentum etsi tunc sacramentum dicatur informe.

*Casus.*

259.  
260  
L. G. K.

Camillus juvenis, rebus inhonestis valde assuetus, postquam pluries plura peccata mollitiei confessus est, addit: Pater, vellem jam non amplius confiteri siquidem nihil mihi prodest confessio: semper relapsus sum, quod probat me nunquam efficacem propositum efformasse atque ideo quod semper sacrilege sacramentum suscepi. Confessarius ut juvenem a desperatione inchoata avertat ait: vis et proponis relapsum paecavere?—«Volo, sed certus sum quod, accedente tentatione, me continere non potero».—Ne timeas firmum nunc elice propositum, accedente tentatione ora, et si, quod Deus avertat, relapsus fueris, tunc ego te absolvam sicut et nunc absolvo: ¿Validae sunt Camilli confessiones? ¿Quid de ejus proposito, deque Confessarii agendi ratione?

*Quaestio liturgica.*

¿Quibus in locis sacrosanctum Missae sacrificium licet celebrare?

3.

Quid sit sacramentalis confessio.—An et quomodo sit necessaria. Quaenam ejus dotes.—Quando dicatur integra et quotuplex integritas —Quaenam integritas sit necessaria An peccata debeant specificè et numerice in confessione declarari.—Quaecircumstantiae sint aperiendae. An effectus ex peccato sequutus sit manifestandus —An poenitens accusare debeat actum externum qui internum actum in ratione peccati complet.

*Casus.*

177

Rupertus studiosus juvenis apud Sempronium Parochum confitetur, «se per unnum mensem gravia mala ex corde imprecatum esse Francisco et per idem tempus turpiter concupivisse puellam.» Confessarius nimis genericam existinans talem confessionem Rupertum hortatus est ut magis distincte declararet peccata et diceret quoties in die plus minusve peccaverit: at poenitens ne periculo errandi se exponeret noluit Confessarii hortationibus assentire et iterum atque iterum affirmavit se sufficienter distincte peccata confessum fuisse; qua propter sine absolutione a Sempronio dimittitur. ¿Recte se gessit Sempronius?

*Casus liturgicus.*

Quidam parochus quo die rogatur a quibusdam nobilibus ut pro eorum majoribus offerat, Altare supra sepulchrum quod in Ecclesia habent, erigit, ibique celebrat, ¿Licite agit?

4.<sup>a</sup>

An peccata dubia, sive dubium sit circa actus peccaminosi existentiam, sive circa ejus gravitatem sive denique circa illius confessionem institutam, sint acusanda. An peccata oblivione vel alio in culpabile modo omisa sin materia necessaria confessionis.—An «quam primum.» urgeat obligatio ea confitendi.—Quaenam causae ab integritate confessionis excusant.

*Casus.*

Agatha nobilis et pia matrona omnibus dominicis confiteri solet apud proprium parochuum: feria tertia adulterium commisit quod feria quarta cum extraneo Sacerdote confessa est: at denuo tentata in adulterium sabbato sequenti relapsa fuit. Cum extraordinarium confessorem habere non posset, recurrente Dominica die ad proprium parochum accedit dicens se ab octavo die sacramentum non suscepisse et quibusdam de more manifestatis venialibus addit »Dein acusso me de peccatis vitae praeteritae et praesertim de adulterio, «sibi subjungens, quo heri maculata sum». ¿An graviter Agatha peccaverit mentiendo in confessione. An sufficienter adulterium declaraverit.

*Quaestio liturgicus.*

¿Mensa altaris consecranti unico et integro debet constare lapide, vel sufficit ut ex duobus vel pluribus lapidibus ad modum unius, simul unitis sit?

Continúa la lista de socios Titulares inscritos para el Congreso Eucarístico de Lugo.

- D. Angel Alvarez, Arcipreste y Párroco de Cuadros.
- D. Leopoldo Fernández, Parroco de La Milla del Rio.
- D. Tomás del Corral, T. Arcipreste y Párroco de Dobres.
- D. Roque de la Fuente y Díez, id. de Potes.
- D. Vicente Gómez Palacio, id. de Campollo.
- D. Santos Gutiérrez, id. de Lebeña.
- D. Juan del Valle, id. de Lon y Brez.
- D. Isidoro del Campillo, id. de Baró.

- D. Juan del Campillo, id. de Buyezo.  
D. Jacobo Posada, id. de Pembes.  
D. José Alonso Mata, id. de Pendes.  
D. Guillermo de las Cuevas, id. de Toranzo.  
D. Patricio de Bedoya, id. de Bores.  
D. Ecequiel de Bedoya, id. de Vejo.  
D. Antonino Bulnes id. de Perrozo.  
D. Pedro Gómez, id. de Cambarco.  
D. Bernabé Gómez, id. de la Vega.  
D. Ambrosio de la Bárcena, id. de Tudes.  
D. Victor Rodríguez de Cosgaya, id. de Cabezón.  
D. Miguel Cuevas, id. de Aniezo.  
D. Vicente López, id. de Caecho.  
D. Juan de la Madrid, id. de Luriezo.  
D. Quintín Gutiérrez, id. de Tama.  
D. Andres Sanz, Capellán de Acñaba.  
D. Agapito Revillas, vecino de Potes.  
D. Jesús Bustamante, Párroco de Barreda.  
D. Froilán Bores, id. de Pesaguero.  
D. Eulogio Orejas, id. de Espinama.  
D. Valentin Alvalá, Ecónomo de Lomeña.  
D. León Gonzalo Llorente, vecino de Potes.  
D. Fidel Gómez, Párroco de Framá.

(Se continuará.)

Asociación de SUFRAGIOS MUTUOS del Clero  
de la Diócesis.

Han manifestado por conducto de los Sres. Arciprestes de Cisneros, Villalobos y Mayorga que deseaban pertenecer á la Asociación, é ingresan en ella:

N.º 911.—Fernández D. Cándido, dentro del primer año de su ordenación.

N.º 912—Cabezas D. Luis, id. id. id.

N.º 913—Carreño D. Eustasio, con obligación de aplicar *diez misas*.

León, 25 de Junio de 1896.—Dr Adolfo Pérez Muñoz, Ca-  
nónigo Secretario.